

Et emersio D. 18 Febr. Berolini contingere debuit	Hor. 4. 19'. 48'.
Inde prodit differentia meridianorum	1. 8. 32.

VIII. Anno 1728. Die 10 Martii Petroburgi observata est	
emersio primi Satellitis ζ vis per Tub, 13 & 15 ped.	11. 18. 19.
Calculus eam Berolini dedit	10. 14. 46.
Sed Observatio anticipavit calculum D. 25 Febr.	4. 7.
Et die 26 Martii	3. 43.
Ergo anticipavit Die 10 Martii	3. 56.
Et emersio D. 10 Mart. Berolini contingere debuit	10. 10. 50.
Proinde erit differentia meridianorum	1. 7. 29.

Ex omnibus octo deductionibus, medium deducitur pro differentia meridianorum inter Berolinum & Petroburgum

	1. 7. 35.
--	-----------

Cum vero duæ Observationes, primo loco enumeratæ, admodum incertæ sint, & minus accuratæ, ex reliquis 6 Observationibus magis certis medium pro differentia meridianorum assumendum erit,

scilicet	1. 8. 2.
vel neglectis duabus tantum Secundis	1. 8. 0.
Id est in gradibus	17°. 0'.
Longitudo Berolinensis ex Articulo præcedenti	31. 9.
Ergo Longitudo Petroburgensis	48. 9.

V.

Cel. Dni. de l'Isle Observaciones recentiores Satellitum Jovis, & ex iis deducta differentia meridianorum inter Berolinum & Petroburgum.

CUM superiora de Differentia Meridianorum inter Berolinum & Petroburgum, jam conscripta essent, opportune advenerunt Literæ à Cel. Dno. de l'Isle, cum Observationibus Eclipsium Satellitum Jovis, quas habuit Anno 1728. in Autumno, & Anno 1729 Hyeme & Vere. Licet mihi ipsas ejus observaciones hic apponere, ut etiam alii Astronomi eas cum suis observatis conferre possint, & simul discant, quanta subtilitate & cura, accuratissimus ille Astronomus, observaciones suas, & potissimum correctionem temporis instituat.

Ecli-